Nomen mihi est: ______________________________



# Sententiae, Ch. XXXII, Pars I

**Practice and Review #7–14**

7. Cum cēterī hās īnsidiās cognōverint, vult in exsilium fūrtim ac quam celerrimē sē cōnferre ut rūmōrēs et invidiam vītet.

8. Multīne discipulī tantum studium ūsque praestant ut hās sententiās facillimē ūnō annō legere possint?

9. Cum dīvitiās āmīsisset et ūnum assem nōn habēret, tamen omnēs cīvēs ingenium mōrēsque eius maximē laudābant.

10. Plūra meliōraque lēgibus aequīs quam ferrō certē faciēmus.

11. Oculī tuī sunt pulchriōrēs sīderibus caelī, mea puella; es gracilis et bella ac ōscula sunt dulciōra vīnō: amēmus sub lūce lūnae!

12. Iste hostis, in Italiam cum multīs elephantīs veniēns, prīmō pugnāre nōluit et plūrimōs dies in montibus cōnsūmpsit.

13. Sī nepōs tē ad cēnam invītābit, mēnsam explēbit et tibi tantum vīnī offeret quantum vīs; nōlī, autem, nimium bibere.

14. Do you wish to live longer and better?

**Sentententiae Antiquae #1–9**

1. Occāsiō nōn facile praebētur sed facile ac repente āmittitur. (Publilius Syrus.)

2. Nōbīscum vīvere iam diūtius nōn potes; nōlī remanēre; id nōn ferēmus. (Cicero.)

3. Vīs rēctē vīvere? Quis nōn? (*Horace.—**rēctus, -a, -um,** *straight, right.)*

4. Plūs nōvistī quid faciendum sit. (Terence.)

5. Mihi vērē dīxit quid vellet. (Terence.)

6. Parēs cum paribus facillimē congregantur. (*Cicero.—**congregāre,** *to gather into a flock.)*

7. Tē magis quam oculōs meōs amō. (Terence.)

8. Hominēs libenter id crēdunt quod volunt. (Caesar.— **libēns, -entis,** *willing.*)

9. Multa ēveniunt hominibus quae volunt et quae nōlunt. (Plautus. — **ēvenīre,** *to happen.*)